

quotannis gratitudinis ergo erga DEUM re-
 colebatur. Et illa festa Judæis dice-
 bantur ἐγκαινία, vulgus dicit festum de-
 dicationis, Kirchwey oder Kirchmeß. Vn-
 de legimus: Facta autem sunt Encænia
 in Hierosolymis, & hyems erat, & am-
 bulabat JESUS in templo, in porticu Sa-
 lomonis, &c. & 1. Mach: 4. dicitur Judá
 Macc: instituisse festum Altaris, quotan-
 nis 25. die mensis Casleu, celebrandum.

Johā: 10.

1. Mac: 4

V S V S.

Liquet itaq; morem celebrandi Encæ-
 nia, esse antiquum pium & Christianum,
 huncq; diem sacrum DEO nostro.

Esra 6.

DE III. LOCO.

I. Ut rectè nostra Encænia celebremus,
 ambulemus circumspectè, ut Paulus hortatur
 in hodierna Epistolâ. Circumit enim adver-
 sarius tanquam Leo rugiens. Ut autem
 circumspectè ambulemus, serviamus tempori,
 quia dies mali sunt, hoc est, perversissimos
 mores hominum in hac ultimâ ætate viventium,
 considerâtes: non omnia ad amussim exami-
 nemus, ne à verbis ad verbera perveniamus.
 Wer alles wil verfechten/der muß sein
 Schwert nimmer einstecken.

1. Petr: 5.

2. Non inebriemur vino, ne ἀσωτία
 incida-mus. 3. Im-